

A patus fieri per quemlibet pro papa seu Romano pōtifice se gerentem, nec hacienus cessio seu renunciatio huiusmodi facta, aut reintegratio aut schismatis extirpatio fuerit subsecuta, misericors tamen & miserator dominus sponfam suam sanctam ecclesiam diebus proximis respexit oculis pietatis, dum uidelicet in hac sancta Constantiensi synodo præter nonnulla alia sanctæ unionis ecclesiæ præparamenta, coniunctis sub capite Christo in una ecclesia duabus, uidelicet olim nuncupati Ioannis, & Iulius qui dicebatur Gregorius XI. obedientijs, magnificus dominus Carolus de Maximatensis plenissimum ad hoc habens mandatum, pro præfato domino qui dicebatur Gregorius duodecimus, eiusq; nomine omni iuri, titulo & possessioni, quod, quem, & quam, uel si quod, quem, & quam habuit in papatu, non sine magno ipsius domini qui dicebatur Gregorius duodecimus, laudis præconio cesserit, renunciauerit expresse, realiter & cum effectu, & resignauerit nomine prædicti domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus, papatum & omne ius papatus, titulum & possessionem, quod, quem, & quam, uel si quod, quem, & quam habuit in papatu: cumq; Petrus de Luna in sua obedientia Benedictus nūcupatus, dudum memoratam cessiois & renūciationis papatus uiam acceptauerit, eamq; diuersis promissioibus, uotis & iuramentis firmauerit, nec adhuc fecerit, sed protelauerit usq; modo, & prout ferè toti Christianitati est notorium & manifestum, sancta synodus Cōstantien. supradicta nihil quātum in ea est, quod ad sanctā unioem utile fuerit, nolēs relinquere improuisum, declarat, statuit & diffinit, præfatum Petrum de Luna ex superabūdātī per procuratores sacri cōcilij ad hoc specialiter cōstituēdos, loco & tempore opportunis fore solēnter requitēdum, ut infra spatium decem dierum requisitionem huiusmodi immediate sequētium, omī iuri papatus quod se prætēdit habere, necnon titulo & possessioi seu detētionē eiusdem cedat, & renūciat totaliter & absolute. Quod si nō fecerit, dicta sancta synodus ipsum dominum Petrum ex nūc, prout ex tūc, pronūciat, decernit & declarat, fuisse, & esse notorium schismaticum, antiq; schismatis nutritorem, defensorem, fautorem, approbatorem, incorrigibilē et pertinacē hæreticum, à catholica fide deuium, promissionum, uotorum & iuramentorum suorum transgressorem, & ecclesiam dei notorie scādalizātem, & propterea omī honore & dignitate, etiam papali, se reddidisse indignum, ipsumq; per sacros canones fore abiectioni, excommunicationi, priuatum & præcisum ab omni iure seu possessione & detētionē, quæ habet seu se prætendit habere in papatu, mādando, præcipiendo & inhibendo eidem, ne se amplius pro Romano pontifice gerere præsumat, omnibus Christi fidelibus, etiam si Imperiali, regali, cardinalatus, pōrificiali, aut alia quauis ecclesiastica uel seculari dignitate præfulgeāt, ne eidem Petro aut eius successoribus in hac parte postea obediānt, pareāt, uel intēdant, aut auxiliū, consiliū uel fauorem præstēt ullo modo, sed eum tanquam schismaticum, ecclesiasticæ uniois perturbatorem & hæreticum, uitē & persequātur toto posse, bona fide, realiter & cū effectu. Et huic sacro cōcilio ac futuro pro dei gratiā Romano pōtifici eligēdo, cōtra dictū Petrū, eius successores, fautores atq; sequaces, quos etiā dicta sancta synodus tanq; schismaticos & hæreticos uult pfequi & haberi, assistāt fideliter & cum effectu, inuidiūssimum dominum principem Sigismundum Romanorum & Hungariæ &c. regem exhortans specialiter & requisrens, quatenus tanquam pius ecclesiæ aduocatus & sacri cōcilij defensor, hoc idem se mox tunc facturum, & suis & sacri Imperij subditis mandaturum promittere digne tur & fideliter obseruare. Quo capitulo lecto, fuit responsum per deputatos quatuor & nationum, placet, necnon per dominum Ostiē. nomine collegij cardinalium, & demum per regem Romanorum, placet.

SESSIO QUINTA DECIMA.

S Abbati die sexta dicti mensis Iulij, fuit sessio generalis concilij loco & hora cōfueris, in qua fuit Romanorum & Hungarorum rex cum nobilibus suis, sibi insignijs regalibus seruientibus, præsidente in eadem Ioanne episcopo Ostiensi
 d d d card